



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cura Salvts, Sivæ De Statu Vitæ Mature ac Prudenter Deliberandi Methodus

Hevenesi, Gábor

Coloniae, 1716

VD18 13912755

Disposito ad deliberationem de statu vitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50144)

defectu legitimæ successionis , gravia bella, dissensiones publicæ, aut similia gravia damna publica, hi cogitare absque ulteriori deliberatione debent, DEO gratius futurum, ut manendo in sæculo publicas calamitates impedian, quàm ut illi pro sua privata quiete & devotione precibus in Religione vacent.

10. Qui nimium stupidi sunt, illi tam serium & grave negotium, quale est deliberatio de statu vitæ, frustra assumerent.

Dispositio ad deliberationem de statu vitæ.

1. **U**T divina vocatio intelligatur, requiritur conscientia à peccato gravi munda ; nam *in malevolam animam non introibit Spiritus sapientie.* Sap. 1. Ut in charta Virgine & pura facilius est scribere, quàm in smucida & sordida, ita dici deliberantibus posset : *ideo vos non auditis inspirationes, quia ex DEO non estis.* Joan. 8. Habitus pravi peccatorum prius debent exui, antequam deliberatio de vitæ statu instituat. Christus in Evangelio non prius vocavit Juvenem ad sui sequelam, quàm intellexisset, *quòd omnia mandata*

data DEI à juventute sua observaverit.
Innocentia vitæ optima est ad DEI vo-
cationem dispositio ; qui hanc servant,
curæ sunt DEO.

2. Pro conservanda, conscientiae pu-
ritate suadendum deliberantibus, ut sæ-
pè confiteantur & communificent: ideo
communiter solet devotio, vel per de-
cem dies Veneris Xaveriana, vel alia
similis ab iis institui.

3. Cum vocatio sit tantum DEI do-
num, quantum est salutis æternæ con-
secutio, à qua hæc pendet, ideo pro ea
impetranda rogandus est DEUS fre-
quenter; id quod fieri poterit tempore
S. Communionis, vel sub elevatione
tempore Missæ, vel dum aliàs templum
aditur. Quia verò parùm orat, qui tan-
tum in templo orat, assuescat deliberans
jaculatoriis brevibus. v. g. *DEUS in ad-
jutorium meum intende ; Loquere Domine,
quæ audit servus tuus ; Veni S. Spiritus, &c.*
quas durante deliberatione frequentissi-
mè iteret, & cum affectu.

4. Pro dono vocationis impetrando
eligendi sunt in cœlo intercessores, præ-
cipuè salutis nostræ Genitrix, & DEI
SS. Virgo MARIA; frequentandum ejus
facellum Laurentanum, in quo illa DEI

voluntatem intellexit. Negotium idem S. Angelo Custodi, aliisque SS. Patronis per preces, & alia bona opera commendandum.

5. Petitio huius gratiæ debet fieri cum indifferentia, & animi promptitudine ad id omne exequendum, quod deliberans intellexerit esse è mente Divina. Ingeminet sæpe : *Paratum cor meum DEUS, paratum ! fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra.*

6. Adhibendæ aliquæ mortificationes, cujusque statui præsentis accommodatæ, aliaque pia opera. Offer etiam aliqua pro animabus purgatorii, per quæ si aliquam ex his poenis liberares, quàm illa fideliter pro te apud DEUM ageret, pro hac, quam petis, tibi que tam necessaria, gratia impetranda.

7. Juvit etiam multos lectio considerata libelli spiritualis, per quam sæpe DEUS multis vocationem aperuit. Nec Conciones, aut exhortationes sacre sunt negligendæ.

8. Adeundus durante deliberatione, etiam extra Confessionem, est animæ tuæ Director ; sic Christus Saulum ad Ananiam, & B. V. Aloysium misit ad Confessarium. Si huic animæ tuæ sta-
t us

tus notus ex integro non esset, prodesset ei totam conscientiam vel per Confessionem Generalem, vel extra hanc, per modum faciendæ rationis conscientia, aperire.

9. Secum etiam deliberans sæpe agat, maximè diebus Communionis; attendat ad inspirationes divinas; consideret, quid sibi expediat? Commoda, incommodaque hujus & illius status expendat.

10. Instinctus, quos senserit, motiva quæ inciderint; rationes pro hoc vel illo statu, vel contra, occurrentes in charta notet, ut eas conferre cum Confessario, & sic faciliùs deliberationem finire possit.

Scopuli Deliberationis.

Dæmon sciens à bona status electione salutem hominis pendere, omni modo laborat impedire deliberationem, vel satagit, ut ea non debite, sed perfunctioriè peragatur. Ejus artes sunt:

I. Persuadere deliberanti, ut se DEO committat, jam illum scire, quid te fiet. Quasi verò DEUS non exigeret nostram, cooperationem, & qui creavit nos sine nobis, etiam salvaturus nos esset absque nobis. Ita te DEO committe; ut tu fa-